



## **Universitätsbibliothek Paderborn**

### **Asiaticae Historiae Societatis Iesv Pars ...**

Libris Qvatvor Comprehensa: Vbi praeter res gestas à Patribus Societatis Iesv in conuersione Sinarum, Cocincinae, & Tunchini Regnorum nihil omittitur eorum, quae possunt liberali placere Lectorum curiositati

**Bartoli, Daniello**

**Lvgdvni, 1670**

112. Cur in Tunchin. regia, nullae sacrae aedes.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-10757**

millia , quos cum Catechistis Christo feliciter venatus fuerat . Sedem  
alij fixam in vrbe regia sed mutatis vicibus tenebant , vt opportunis  
per annum temporibus vicinas excolerent regiones . Est autem regia <sup>111.</sup>  
Checum Tunchini Metropolis , & mater , habitatore innumerabili Curia Tun-  
conferta , cui suam operam tacite Patres diuidebant , templo enim ca- chin. regia,  
tere maluerant , quam ejus euersione , quæ semper in lubrico erat fide- nulla sacra  
les consternari , idololatras triumphare , nec Regis amor ipso odium facilis  
sinebat nos longius quam præsenti diei confidere . Aedes ergo legebant  
ciuium sibi contiguas quinque aut sex , quæ parietibus mediis arundi-  
neæ texture facilè solutis , capaces fidelium cœtibus , nouem locis in  
vrbe præbebant aulas , vbi Christiano perfundi officio cum abissent ,  
sua ædibus interior species , & distinctio redebatur . Aduersarij tem-  
plum in quod saeurent non habebant ; Christianorum ingentem nu-  
merum Rex minimè cernebat quem suspicari posset à Patribus in regni  
perniciem conflatum .

Iam quæ nostris esset in ea Metropoli viuendi ratio , P. Morellius ,  
gestorum memoria celebris , in hunc modum Vitellescho descripsit ,  
anno postquam eò aduenisset . [ Ad laborem , ait , quod attinet ; quietis  
nomen diu noctuque ignoramus ; sacris operati , preces de more  
cum Christianis decantamus ; audimus confitentes ; elucidamus eorum <sup>113.</sup>  
dubitaciones ; ethnicos erudimus ; paratos baptismō tingimus , sacri de- PP. viuendi  
mum officij pensum nisi ad lucernam non soluimus , detracto ad hoc ratio in  
bus hue illuc discurrimus , ad religiosam operam Christianis ubique  
præstandam , stationem hanc quidem per altum ceroma prope  
eturum tenus ingressus sum , bonum & gratum omen perpessionum  
faturatum . Domos hic ligneas nemo præter diuites habitat ; nos tug-  
tiola contexta ex paleis ; sarcinulas nostras sub cauata humo recondimus  
( quod omnes itidem facit ) ut sint ab incendiis securæ quibus  
eteberrimis obnoxia est omnis harum domorum materia ; nunquam  
nisi humili sedemus , & si quando commodiùs , subiecta in storea . Som-  
num in vestibus capio , substrata exili culcitra , cuius reuoluta pars  
tegit dormientem : panem nescimus præterquam ægroti , & quidem  
buccellatum , qui cum annua naui Macao mittitur , & subinde seruat-  
us diutiis vanescit in puluerem . Mensarum nostrorum lauitia omnes  
elixa & parca oriza , ne salis quidem tantillo condita . Potus , deco-  
ctum ex oriza vinum tam igniti feruoris , vt eius etiam modicum , &  
aqua dilutum plurima , caput pessime vaporet , & guttur incendat .  
Cibi horam nec mos , nec reficiendi præscribit necessitas , sed com-  
moditas eorum quibus laboramus . ] Addit Manuel Diaz visitator ac-  
cubuisse interdum ita fractos ut quiescere magis loberet quam edere .  
Nam concionatos in die sexies , haud multo quidem præmisso studio ,  
sed contentione vehementi , ad Christianos , Catechumenos , Ethni-  
cos , Externos , prout visum quibusque conuenire , qui etsi libenter

O O O O 2-